



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118332**

§. 158. Papæ responsum circa articulum de convocanda Synodo

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

ci Vicescomes dicat: de justitia causæ loqui non volumus, justificationes & processus audire non curamus, tollantur censuræ, arma deponantur; alioquin petimus hæc & illa &c. Quid aliud hoc esset, nisi dicere Pontifici, quæ bene ante facta sunt, & maturo consilio Fratrum digesta & constituta, protinus sine causa revoca.

Sæcul. XV.  
A.C. 1478.

§. CLVIII.

*Responsum Pontificis ad articulum de convocando Concilio.*

Cum autem Legatus præcipue convocationem Concilii urgeret, respondit Papa, quod si Congregatio Concilii Generalis facile posset fieri, nihil conducibilius foret summo Pontifici in præsentia causa. Non enim in Concilio Generali Reges, & Principes sæculares præsidere debent: Papa enim solus est tanquam caput universalis Ecclesiæ, qui corpore congregato præsidere habeat. Membra Concilii sunt Ecclesiarum Prælati. Horum autem quis non dicet, quod libertas Ecclesiæ conservari, & jus fori, quod neque ipse Romanus Pontifex tollere Sacerdotibus posset, illibatum permanere deberet? Dicetne aliquis horum, quod liceat Laurentio Mediceo contra Archiepiscopum turpissimæ mortis ferre sententiam? Quis non videat, quod ille debuisset servari iudicio Iudicis sui, ut degradatus, & traditus justitiæ

Sæcul. XV. *sæculari justissimam subiret sui facinoris ul-*  
A.C. 1478. *tionem? Itaque opportunissimum foret, si*  
*quo modo pro ista re facile possit Concilium*  
*congregari, doletque Papa, quod non possit,*  
*Quoniam oporteret consulere Imperatorem,*  
*Et alios Reges Christianos: deinde de tem-*  
*pore Et loco discernere; congregare Præ-*  
*latos Et alios, qui de jure interesse debent;*  
*Et hæc quidem tempore indigent.*

## §. CLIX.

*Pontificis responsio ad Sanctionem  
pragmaticam.*

**C**etera Legati postulata Pontifex dilue-  
 re conatus, inquit, Quod Rex velit  
 pragmaticam repetere, non sine admiratione  
 audiri potest. Agitur enim hic de honore Et  
 conscientia suæ Majestatis, quoniam si prag-  
 matica justa est, quam ob rem revocavit eam,  
 Et abnegavit cum tanta solemnitate Maje-  
 stas sua? si injusta, quo honore suo potest  
 eam reassumere? Additque, quod velit Re-  
 gia Majestas de Viris Ecclesiasticis judica-  
 re, hoc contra dispositionem juris divini Et  
 humani est. Ad id autem, quod Ludovi-  
 cus XI. Gallos Romæ commorantes in  
 Franciam revocare minatus fuerit, repo-  
 suit Papa, Quod regia sua Majestas velit eos  
 a Curia Papæ revocare, quam seipse velit a-  
 lienari a Romano Pontifice, quantum suam  
 Celsitudinem deceat, ipse sit Judex, firmi-  
 ter